



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd ordinationes episcoporum apostolica autoritate à cunctis  
comprouincialibus fieri debeant. xv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Quod non habeantur Episcopi, quos nec clerici, nec  
populus elegit, nec comprouinciales Episcopi  
consecrarunt.* Cap. XI.

**N**VLL A ratio sinit, ut inter Episcopos habeatur, qui *Ca. Leo-*  
nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, *nis papæ*  
nec à cōprouincialibus Episcopis cum Metropolitani iu- 15.  
dicio consecrati. Vnde cū sape quæstio de malè acce-  
pto honore nascatur, quis ambigat, nequaquam & ab istis  
esse tribendum, quod non deceatur fuisse collatum? Si qui  
autem clerici ab istis pseudepiscopis in eis Ecclesijs ordi-  
nati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & or-  
dinatio eorum cum consensu & consilio præsidentium  
facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis Ecclesijs perfe-  
uerent. Aliter autem vana habenda est consecratio, quia  
nec loco fundata est, nec auctoritate munita.

*Quod nullus ordinari Episcopus debeat, nisi ex  
conuentione.* Cap. XII

**N**VLLVS est ordinandus Episcopus, nisi cōuocatis *Ex cōcil.*  
clericis & parochianis, & in unum consentientibus. *Aurelia.*  
*cap. 2.*

*De illis qui accipiunt regimina Ecclesiæ, et cun-  
ctos fastu superbiæ paruipendunt.* Cap. XIII.

**Q**VIDAM assumpta Ecclesia, & rebus diuinis ele- *Origenes*  
quantur, & cunctos fastu superbiæ paruipendunt: hi dicit.  
canes magis, quam principes nominantur.

*De illis Episcopis, qui superbire incipiunt.* Cap. XIV.

**H**VMILIS debet esse Episcopus. Gradū enim māsuetu- *Ex dictis*  
dīnis accipit, non superbiæ. Paulus dicit: Decet hu- *Gregorij*  
iusmodi hominē mansuetū esse, non elatum, nec superbū. *papæ, et*  
*Quod ordinationes Episcoporum apostolica auctoritate a* *Apostoli*  
*cunctis prouincialibus fieri debeant.* *Pauli.* Cap. XV.

**O**Rdinationes Episcoporum auctoritate apostolica ab *Ex epistolo*  
omnibus qui in eadem fuerint prouincia, sunt cele- *la Anacle.*  
brandæ, qui simul conuenientes, scrutinium diligenter *papæ scri*  
agant, ieuniūmque cū conuenientibus precibus cele- *p̄ta episco*  
brent, & manus cum sanctis Euangeliis quæ prædicaturi *p̄is Italæ*  
sunt inponentes, dominica die hora tertia orantes, sa- *ca, nono.*

A iii

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

cráque vñctione exemplo prophetarum & regum, capita eorum more apostolorum & Moysi vngentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sancto est chrismate promulgata, hoc ritu solénein celebrét ordinationem. Quod si omnes simul conuenire minimè potuerint, assensum tamen suis precibus & scriptis præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro & Hierosolymitarum primus archiepiscopus beatus Iacobus, qui iustus dicebatur, & secundum carnem domini nūcupatus est frater, à Petro, Iacobo & Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formam eorum, vt minus quam à tribus episcopis reliquisque omnibus assensum præbentibus nullatenus ordinetur, & cū communi voto ordinatio celebretur.

*Ne laicus fiat episcopus ante xxx. annos, & ante anni conuersationem.* Cap. XVI.

*Ex cōcil. Arala-* E Piscopatus verò vel presbyterii honorē, nullus laicus ante anni conuersationem, vel ante triginta annos tenet, ea. accipit.

*■. 7 De laicis non temere faciendum episcopos.* Cap. XVII.

*Ex cōcil. Sardice.* OS IVS episcopus dixit: Et hoc necessariū arbitror, si diligētissimè tractetis, si fortè aut diues, aut scholasticus de foro, aut ex administratore Episcopus fuerit postulatus, vt nō prius ordinetur, nisi ante & lectoris munere, & officio diaconi, aut presbyteri fuerit perfunditus: & ita per tingulos gradus si dignus fuerit, ascendat ad culmen episcopatus. Potest enim per has promotiones, quæ habebunt utique prolixū tempus probari, qua fide sit, qua modestia, qua grauitate & verecundia: & si dignus fuerit probatus, diuino sacerdotio illustretur: quia conueniens non est, nec ratio vel disciplina patitur, vt temerè & leui-ter ordinetur, aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est maximè cum & magister gentium beatus apostolus Paulus, ne hoc fieret denunciasse & prohibuisse videatur, sed hi quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata.

*Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus debet officium perueniri.* Cap. XVIII.

*Ex decr. Celest. p̄a* ORdinatos verò quosdā, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatem